Fragmentarium

S ad filios homi num. Qui aū.

SAPIENTIA clamitat in plateis si quis diligit sapientiam ad me declinet et eam inuenerit et eam dum inuenerit beatus est si tenuerit eam. A. Sapientia edificauit sibi domum excidit columnas septem subdidit sibi gentes superborumque et sublimium colla propria uirtute calcauit. A. Omnis sapientia a domino deo est et cum illo fuit semper et est ante euum ae. A. Ego in altissimis habito et thronus meus in columna nubis. A. Sicut malum inter ligna siluarum sic dilectus meus inter filias aeuia. A. Dominus possedit me initio uiarum suarum antequam quicquam faceret a principio nec dum erant abyssi et ego parturiebar quando preparabat celos aderam cum eo componens omnia. A. Prebe fili cor tuum michi et oculi tui uideant equitates ut addatur gratia capiti tuo. A. Magna enim sunt iudicia tua domine et inenarrabilia uerba tua magnificasti populum tuum et honorasti.

Per dños dñicos dies. q̄ p̄mū in sept̄ occurrit. de libro Iob

Fragm. 604

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Fragm. 604, Fragm_604_1v – Antiphonarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-t0c2/683/10781)